

ut ad tuæ benedictionis domum possit intrare
atque in honore tui Nominis perseverare , ita
ut sincera à labe criminum , utriusque boni com-
moditatem mereatur conservare te auxiliante
per Jesum Christum Filium tuum , qui tecum.
Amen. *Et aspergat aqua benedicta.*

SOLEMNISATIO MATRIMONII.

Sponsa & Sponso coram Altari in scamno con-
gruo collocatis , Sacerdos , si Sponsalibus non
interfuerit , utrumque sigillatum interroget.

NN. Ihr erscheinet hier freywilling und unges-
zwungen , auch mit keinem andern zur Ehe ver-
sprochen , in der Meinung den heil. Ehestand eins-
zutreten , und durch den Seegen der heil. Kirche
und öffentliches Zeugniß eurer anwesenden Freuns-
den bestätigen zu lassen ? *Quibus annuentibus*
petat annulum , eumque , si benedictus non sit ,
versa ad Altare facie benedicat sequenti modo :

V. Adjutorium nostrum &c.

Psal.

Manda Deus virtuti tuæ : confirma hoc Deus,
quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem tibi offerent Re-
ges munera.

Increpa feras arundinis , congregatio tauro-
rum in vaccis populorum , ut excludant eos ,
qui probati sunt argento. *Gloria Patri , &c.*

O r e m u s.

Creator & Conservator humani generis , da-
tor gratiæ spiritualis , largitor salutis æter-
næ ,

næ, Tu domine dignare emittere benedictionem
† tuam super hunc annulum, ut quæ istum por-
taverit, sit armata virtute cœlestis defensionis,
& proficiat illi ad vitam æternam. Per Chri-
stum dominum nostrum. Amen.

*Annulum deinde aspergat aqua benedicta, &
tradat in manus sponsi, & eum digito annulari
sponsæ immittat, dicens:*

Accipe annulum fidei conjugalis in nomine †
Patris & Filii & Spiritus sancti, ut eum gestans
sis armata virtute cœlesti, tibique ad salutem
æternam proficiat.

*Tum fieri potest abortatio salutaris . . .
Dein ad gratiam necessariam impetrandum petat
dici Pater & Ave.*

*In primis Nuptiis tantum dicatur postea bene-
dictio sequens:*

Psal. 127.

Beati omnes qui timent dominum, qui am-
bulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis,
beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus
domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu
mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timerit dnum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, ut videoas bo-
na Jerusalem omnibus diebus viræ tuæ.

Et videoas filios filiorum tuorum, & pacem
super Israël. **Gloria Patri, &c.**

Kyrie

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison
Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in tentat. &c.

V. Salvum fac servum tuum & ancillam tuam.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Domine exaudi orationem, &c.

O r e m u s.

Deus Abraham, deus Isaac, deus Jacob, sit semper vobiscum, ipse vos conjungat, & impleat benedictionem suam in vobis. Per Christum dominum nostrum. **R.** Amen.

O r e m u s.

Respice domine de celo sancto tuo super hanc coniunctionem, ut sicut misisti S. Angelum tuum Raphaëlem Tobiæ & Saræ filiæ Raguëlis, ita digneris domine mittere benedictionem tiam super istos adolescentes, ut in tua voluntate permaneant, & in tua securitate consistant, & in amore tuo vivant & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum dominum nostrum. **R.** Amen.

O r e m u s.

Benedic t domine adolescentulos istos, & semina semen vitae æternæ in mentibus eorum, ut quidquid pro utilitate sua didicerint, hoc semper perficere & adimplere mereantur. Per Jesum Christum Recuperatorem omnium, Filium tuum unigenitum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Tum Sacerdos utrumque interroget:

NN.

NN. Ihr wollet den Stand der heil. Ehe eintragen, und begehret, daß dieses bestätigt werde im Angesicht gezenwärtiger Glaubigen?

R. Ja Herr.

Q. N. So frage ich euch an statt des Allmächtigen, ob ihr auch dazu von jemand gezwungen, mit einigen geistlichen Gelübden verstrickt, oder auch mit keiner andern ehelich versprochen allhier erscheinet? R. Nein Herr.

Idem interroget sponsum, quo negante jubeat, ut sibi dextras tradant & partem stolæ eis circumvolvat, & sponso in verba sequentia ad sponsam præeat:

Ich N. nehme euch zu meiner Christlichen Ehefrau vor Gott dem Herrn und seiner heil. Kirche.

Similiter faciat dicere sponsam ad sponsum.

Ich N. nehme euch zu meinem Christlichen Ehemann vor Gott dem Herrn und seiner heil. Kirche.

Postea dicat: Matrimonium per vos contratum, ego tanquam Minister Dei confirmo, ratifico & benedico, in nomine Patris + & Filii + & spiritus sancti. Amen.

X. Dominus vobiscum &c.

Initium S. Evangelii secundum Joannem.

In principio erat verbum &c.

Postea. Per Evangelica dicta deleanter nostra delicta.

X. Sit nomen domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usque in seculum.

X. Adjutorium nostrum in nomine &c.

Bene-

Benedicat vos divina Majestas Pater + & Filius + & Spiritus + sanctus. Amen.

*Et aspergens aqua benedicta, gratuletur & dicat:
Ite in Pace.*

MODUS CELEBRANDI SECUNDAS NUPTIAS.

*Omnia fiunt ut supra in primis Nuptiis, omis-
sa benedictione sponsorum & in fine post Evange-
lium S. Joannis immediatè Sacerdos super eos
genuflexos dicat:*

Psal. 124.

Qui confidunt in domino, sicut mons Sion,
non commovebitur in æternum, qui ha-
bitat in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus, & dominus in cir-
citu populi sui ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relinquet dominus virgam pecca-
torum super sortem justorum, ut non exten-
dant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis & rectis corde.

Gloria Patri, &c.

*Si sponsa sit vegetioris ætatis, dicitur Ps. Beati
omnes. ut sup. pag. 27. Tum Kyrie eleison,
Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c.*

V. Et ne nos inducas in temptationem &c.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis auxilium de Sancto.

R. Et te Sion mire eos,

V. Esto